

impendissent, tunc ad nullam teneretur restitu- tionem. Idemque est in reliquis euentibus in tit. nostre questionis propositis. Ita Molin. Theo- log. ubi sup. d. col. 363. vers. circa illud.

Circa quos omnes simul obseruat Molina, quod quando pretium iustum persoluitur pro operibus, ad que mutuo quis altrahitur, non solum debetur restitutio pro graamine, vt Caietan. in Sum. Couar. Medin. & alij recte affir- mant; sed etiam si ea via mutuatarius impediens est accedere ad alios, quibus carius locallet ope- ras suas, aut quibus vilius emisisset, aut qui illi tri- ticum aut olea viliori pretio molerent, circum- stantia hęc & alie similes quantitatem augment grauamini, atque ideo obligationem plus resti- tuendi pro maiori graamine. Quod verum intel- ligo, vt voluit etiam idem author, dummodo illud carius sit intra latitudinem iusti pretij, & sic esset iustum pretium rigorosum, secus in eo quod id excederet. Quod si ex parte mutuantis iniusti- tia in pretio interueniret: quia ipse mutuatarius vilius infimo cogere locare operas sitas ratio- ne mutui, aut carius pretio iusto emere merces, aut molere triticum aut oleas id quoque esset restituendum, vt patet secundum Molin. ubi supra.

Qui etiam illud recte animaduertit, in hu- iusmodi restitutionibus iniungendis non esse at- tendendum ad emolumentum, quod mutuantis ex his contractibus euenit, sed ad damnum quod mutuatarius inde sequitur, & ad quantitatem grauaminis quod vi mutui, eis imponitur; & quod audiendi non sunt contrarium affirmantes, neque Syluest. verbo usura 1. quast. 7. falso asserens vsu- ram esse quempiam credito vendere, quo plures emptores ad eam trahat, vt ibi bene probat.

Et addit Molina ubi supra quod in omnibus supradictis pactis, in quibus dictum est interue- nire vsuram, quando nihil ex parte mutuatarij executioni est mandatum, teneri mutuantem li- berare illum ab onere ratione mutui ex iniun- ctis, rescindendo quoad id contractum, neque ad aliam tunc restitutionem teneri, ad idemque in foro exteriori esse cogendum. Si vero mutuatari- us ex parte onus executioni mandauit, & ad- huc aliquid oneris subeundum superfit, liberand- um esse ab illa parte, restituendumque eidem esse quantum onus, quod subiuit, estimabitur se- cundum Caiet. Medin. Couarruam, & alios, quos ibi citat.

Illud etiam obseruat ibidem col. 365. quod circa mutuum cum pacto, vt mutuatarius teneatur metere fruges mutuantis, pretio iusto, aut co- lere agros illius, vel quippiam aliud facere, pos- set consuli, sine vlla vsurę aut alterius iniustitię labe vtrique contrahentium, si is, a quo mutuum petitur, & qui opera mutuum petentis indiget, respondeat, nolo mutuum tibi dare: at tamen conducam statim pecunia anticipata operas tuas, quibus in tale, vel tale tempus indigeo: dummo- do pretium iustum ei pro illis constitutur, quan- tum, siue pacificando tantum illi dare, quantum aliis eo tempore communiter tribueretur, siue ad presens conuenienti illi dare quantum plus mi- nus, speratur operas illas tempore, quo prestan- de sunt, valituras, vtrique neque vsura committit- ur, neque iniust. aliqua, sed celebratur contra- ctus locationis & conductionis iustus, quidquid Sot. lib. 6. de iust. & iur. quast. 1. art. 2. in contra- rium dicat.

Sed in eo contractu, scilicet, si quis det pecu- niam soluendam ad certum tempus cum pacto,

vt mutuatarius ei teneatur vendere triticum suum tempore messis, pretio tunc communi, vel det mutuo modium aut modios tritici, vt mu- tuatarius teneatur ei vendere caecos fusi gregis, aut vinum suum, pretio tempore venditię com- muni, inquit inesse vsuram propter onus illud celebrandi in futurum illos contractus ratione mutui impostum, quod pecunia est estimabile. Si tamen absque aliquo mutuo statim pecunia anticipata ab eo emat triticum tempore messis tradendum, vel pretio, quo traditionis tempore valebit, vel pretio, quo nunc plus, minus specta- tor valiturum, nulla committatur vsura aut ini- iustitia, vt ibi bene probat. Idemque esse dicit, si eodem modo caeci gregis, lana, aut vinum tra- dendum tempore quo percipitur, pecunia anti- cipata emantur, vel si quis dederit 20. aureos so- luendos sibi in tritico tempore messis, pretio ta- men communi. Verum in tritico tradendo tem- pore messis in his Regnis habemus legem om- nino obseruandam disponentem. Que no se pueda comprar pan adelantado, sino fuere pagandolo a las personas que lo vendieren, al precio que comunmente valiere en la cobega del lugar donde le compraren quinze dias antes, o despues de nuestra Señora de Septiembre de cada año.

Illud denique in proposito obseruandum est licitum esse dare mutuum cum pacto vt alius ex- tra fortem soluat, quod aliunde nobis est debi- tum: modo scandalum cesset, debitumque sit li- quidum & ex iust. debitum, alias secus, vt probat Molina ubi supra d. disputat. 309. in princip. column. 362.



SUMMARIUM.

- 1 Usura an sit mutuari cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere, locare, emere, aut vendere aliquid? & per totam questionem.
- 2 Moharras no son licitas vt hic.
- 3 Usura an sit mutuari cu pacto, quod mutuatarius partem accipiat in pecunia, & partem in debito, quod non facile potest recuperari?
- 4 Usura est mutuum dare cum pacto tacito, aut expresse, cuiuscumque muneris, siue a lingua, siue ab obsequio, vt in exemplis de quibus hic.
- 5 Usura est mutuo dare Republica vel alij cum pacto tacito, aut expresse, quod mutuatarius eximatur a tribuis, & c. vt hic.
- 6 Usura an sit accipere beneficium Ecclesiasticum, vel officium publicum concedere ob mutuum? & num. 8.
- 7 Mutuare frumentum tempore egestatis ipsius pretio communi, quo tunc valet, reddendum eo pretio, quo tempore redditionis valuerit, an sit licitum?
- 8 Usura an sit mutuo dare triticum verum, vt red- datur nouum, rem siue. Et num. 11. an liceat mutuo dare triticum, vel alias merces, vt tantundem reddatur quando plus valebunt?
- 9 Usura an sit mutuari cum onere, vt mutua- rius teneatur reddere pecuniam variorem, vel meliorem in hominum estimatione, vt in exemplo de quo hic.

De mutuo cum pacto respectiuo vt hic?

QVÆSTIO LXXXVIII.

VERO etiam an sic vsura mutuari cum pacto vt mutuatarius teneatur conducere, locare, emere, aut vendere ali- quid? Et in hoc vsuram committi palam est, vt probant Doctores & cũ eis contra alios Arag. de iust. & iur. quast. 78. art. 2. pag. 68. col. 2. & Ema- nuel Rodriguez in sua summa tom. cap. 111. sub num. 5. versiculo, siquese lo quarto, & melius Molin. Theolog. in 2. p. de iustitia & iure disputat. 310. in principio, col. 367. cum sequenti, vbi quod obli- gatio confugit restituendi in hac specie, non so- lum si vltra pretium iustum aliquid ei locatum aut venditum est, vel infra iustum conductum aut emptum quidpiam ab eo est, sed estimationem grauaminis illius, quod eo maius est, maioriq- ue compensatione dignum, quo minori pretio ab alio emisisset aut conduxisset, vel maiori alteri vendidisset aut locallet, aut quo magis inutile aut nociuum ei sit celebrare eiusmodi contra- ctum.

Nihilominus tamen, si colonus reuera condu- cere vellet agros, sed tamen id opere prestare non potest, nisi mutuum ei daretur ad sumptus in illis colendis necessarios, vt ad semina vel bo- ues emendos, aut ad le & suos alendos, tunc vsu- ra non esset mutuo illi dare vt mutuantis agros conduceret: quoniam tunc conductum non esset quasi in pretium pro mutuo, sed potius mutuum esset medium ordinatum, vt ille conducere pos- set agros vt optat. Quare si tunc pretium loca- tionis non excederet iustum rigorosum, vtrique neque vsura, neque iniustitia alia interueniret. Quod ergo in responsione ad questionem hanc nostram resoluimus, & tanquam vsurarium dam- namus, est eum qui pecuniam, tritici, aut alterius rei indigentia premitur, nullaque ratione con- ducere agros, aut aliquid aliud mutuantis vellet in- ducere mutuo, vtillos inuoluntarię mixtę con- ducatur in eo namque euentu probamus mutuan- tem non solum restituere teneri, si in pretio lo- cationis excedat; sed etiam quantum estimabi- tur grauamen, quod miser ille subit conducendo ita inuit eam rem, vt recte tenet Molina ubi sup. col. 368. vers. obserua.

De contractibus autem, quos de moharras ap- pellamus; non esse licitos constat, si mercator merces illas credito vendat, animo iterum pecu- nia numerata easdem viliori pretio ab illo emen- di, committit namque vsuram palliatam. Secus, si sincere vendidisset credito absque animo ite- rum eas emendi ab eodem pecunia numerata, si iterum postea ab eo emerit pecunia numerata, intra latitudinem iusti pretij, eo pacto quo qui- vis alius posset licite illas ab eo emere, modo ta- men cessaret scandalum, vt tenet Caiet. in sum. verbo usura, cap. de vsur. implicite, casu 10. Angel. verbo usura 1. n. 60. Nauar. in Man. cap. 17. n. 244. & Molina ubi sup. col. 369. vers. obserua.

Vbi in columna sequenti, versiculo, quoad tertium, asserit vsuram similiter esse mutuo dare cum onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecu- nia & partem in debito, quod non facile potest recuperari, quod & probat Aragon de iustitia &

inre quast. 78. artic. 2. pag. 685. column. 2. in versiculo, in foro secundo. Et quod iuxta communem Docto- rum sententiam teneatur mutuantis restituere qua- tum grauamen illud estimabitur, nisi mutua- rius non inuoluntarię mixtę, sed sua sponte sus- cipiat mutuum in huiusmodi debito, vel quia ipse facile illud recuperabit, vel quia ex libera- litate vel gratitudine vult onus illud suscipere ob mutui beneficium: quia tunc non est vsura, neque iniustitia mutuo eo modo dare, licet mu- tuans offerat genus tale mutui, cedatque in ipsius commodum; sed quod in dubio, a plena libertate acceptetur, peccatum est eo pacto mu- tuare, cum onere restituendi grauamen illud, in- terim dum de libera mutuatarij voluntate non constat.

Similiter autem vsura est mutuum dare cum pacto tacito, vel expresse cuiuscumque mune- ris, siue a lingua, vt alloqui Principę vel quem- vis alium in mutuatarij fauorem, psallere: & his similia, quę lingua prestantur. Item siue ab ob- sequio, vt comitari mutuatarium, aut vxorem, ne- gotia illius gerere, aut similia. Item siue a manu, vt aliquid elargiri, cum onere restituendi, quan- tum huiusmodi munus estimabitur, vt constat ex dictis in hęc & nonnullis aliis questionibus ex proximę præcedentibus, & tenent omnes Do- ctores, præcipue Molina ubi supra col. 371. vers. quoad secundum, vbi in vers. sequenti.

Quod est vsura mutuo dare Republica, Prin- cipi, aut cuiuscumque alteri cum pacto tacito aut expresse, quod mutuatarius ad tempus vel in perpetuum eximatur a soluendis tributis, aut a quocumque alio onere cui iuste subiacet, cum obligatione non gaudendi deinceps eo priuile- gio, & insuper restituendi tributa, que non solu- it, aut quantum estimabitur quodvis aliud onus a quo fuerit liberatus, vt patet ex supra di- ctis, & in eo Doctores conueniunt, & tenet Ara- gon ubi supra pag. 685. col. 2. vbi limitat in tribu- tis, quę per tuncannidem & iniuste exiguntur, quia tunc tantum redimitur veratio, nihilque pretio estimabile recipitur vltra fortem.

Sed an sit vsura accipere beneficium Ecclesia- sticum, vel officium publicum concedere ob mutuum, merito dubitari hic potest: Sed resoluit Molina ubi supra col. 372. versiculo, quoad vlti- mum, quod quando hoc fit ex gratitudine ac plena libertate illud conferentis ob mutui bene- ficium, nulla esset simonia aut etiam vsura id ac- cipere, quin quando accipiens dignus eo esset, li- citum esset mutuo dare animo alliciendo collatio- rem, vt ex gratitudine mutui vellet ceteris pa- tribus præferre mutuantem, aut eius filium, vel consobrinum aliis, sicut etiam licitum hoc eod- em intuitu inseruire Principibus aut Episcopis. Que doctrina licet, in se sit vera, periculo plena est, tum ratione scandali, tum etiam aliis iustis rationibus, ideo dissuadenda potius quam con- sulenda. Si verò collatio officij publici est inuo- luntaria mixtę ob mutuum, vsura est illud in mu- tui recompensationem accipere, siue officium hoc sit vendibile, siue non, secundum eundem authorem, vt ibi late probat & deinde de- clarat.

Quare bene resoluit rem hanc Aragon ubi su- pra pag. 682. ad fin. & pag. sequenti, dicens quod si prædicta conditio non ponatur sub obligatione, sed Rege manente in sua libertate id ab eo peccat- ur tanquam ab amico, nullū est peccatum. Cæ- terum si conditio ponatur sub obligatione con- tractus erit vsurarius, imò & simoniacus si circa

Spiritualia veteret, officium tamen seculare sic acceptum: non tenetur tamen restituere aliquid ad arbitrium boni viri pro graamine obligationis, quod ultra fortem accepit secundum eundem autorem ibidem, pag. 683, col. 2.

9 Vterius obseruandum est, licitum esse tempore egestatis frumenti id aestimatum, vt tunc communitur valet alteri mutare in frumento reddendum eo pretio, quo tempore redditionis valuerit: quoniam hoc potius est venditio tritici pretio iusto, quo tempore traditionis valet, & emptio similiter tritici pretio etiam iusto, quo tempore traditionis valebit, quam mutuum. Quod autem solutio pretij primæ venditionis valeat: quoniam hoc potius est venditio tritici pretio iusto, quo tempore traditionis valet, & emptio similiter tritici pretio etiam iusto, quo tempore traditionis valebit, quam mutuum. Quod autem solutio pretij primæ venditionis valeat: quoniam hoc potius est venditio tritici pretio iusto, quo tempore traditionis valet, & emptio similiter tritici pretio etiam iusto, quo tempore traditionis valebit, quam mutuum.

10 Vtrum autem sit vsura, mutuo dare triticum vetus vt reddatur nouum, agit Molina ibi col. 376. ad fin. sed latius & distinctius nos egimus d. cap. 39. num. 49. cum sequentibus, & Emanuel Rodriguez vbi sup. n. 15.

11 Et an liceat, vel non, mutuo dare triticum vel aliquas merces, vt tantundem reddatur quando plus valebunt, late distinguit Molina vbi supra col. 378. cum sequent.

12 Deinde vsura esset dare mutuo cum onere, vt mutuatarius reddere teneatur pecuniam rariorem & meliorem in hominum aestimatione, vt mutuate aream, quando illius est magna abundantia, cum onere vt reddatur aurea aut argentea, eo quod grauamen illud iniuste vltra fortem apponatur, nisi libenter à mutuatario id fieret in gratitudinem beneficij mutui, aut quia facile id potest efficere, aliàs peccatum vsuræ sit, cum eo onere mutuo dare teneretur, quam ante solutionem id ramittere. Post solutionem vero solum erit restituendum mutuatario, si quos sumptus fecit in ea pecunia conquirenda, aut detrimentum aliud incurrit, secus, si nullum damnum inde reportasset, quia tunc nihil esset restituendum, vt tenet Molina vbi supra disputatione 313. colum. 381. versiculo, duo obserua.



S V M M A R I V M.

- 1 Mutuus an possit deducere in pactum damnum sibi emergens ex vltimo mutuo, vt in exemplo de quo hic et n. sequ.
- 5 Mutuum accipiens sub vsuris, an alij à se mutuum petenti possit sub eisdem vsuris concedere respectiue cum num. sequent. vsque in finem.

De damno emergente tempore mutui an possit deduci in pactum?

Q V A E S T I O L X X X I X.

Q V A E R O nunc vtiliter in praxi, an mutuus possit tempore mutationis licite deducere in pactum damnum sibi tunc emergens, ex eo quod pecuniam quam mutuataram habebat ad triticum in familia sustentationem emendandam, aut ad reficiendas domos, vel quia propter moram mutuatarij mutuus cogitur pecunias ad vsuram accipere hodie sub annuis redditibus, vel quia pecuniam quam mutuataram habebat ad redimendos census, quibus erat oneratus, & ob mutuum domus corruit, vel frumentum carius venditur, vel census non redimitur, vel aliud simile?

Et in hoc pars affirmatiua est tenenda, nempe licitum esse pactum de competenti pretio vltra fortem, pro huiusmodi damno emergenti, ita tenet D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum & consentit Soto lib. 6. de iustit. & iure quest. 1. art. 3. eiusdem artic. quamuis immerito dicat non esse in ea tantum certitudinis, quantum est in alijs, de quibus in questione sequenti erit sermo: eandem sententiam probauimus in nostro tract. de iuram. confirm. 1. parte cap. 2. sub num. 5. & 2. & est communis Doctorum secundum Molin. Theolog. qui eam bene probat 2. p. de iust. & iur. disput. 314. col. 386. ibi constituenda, &c. & Eman. Roder. in summ. 1. tom. c. 111. n. 7. & 8.

Debet tamen mutuus id facere rogatus, nisi si vltroque faciat, nec mutuatarium admoncat, nihil vltra fortem petere poterit. Item requiritur quod mutuus verè damnum illud incurrat ratione mutui, ad hoc vt illud in pactum deducere possit, aliàs erit vsura palliata sub specie euitandi damni. Item quod aliàs mutuus non teneatur damnum illud subire, vt cum Caietan. probat Aragon. vbi sup. col. 2.

Damnum autem quod ex mutuo emergit, antequam mutuatarius in mora sit soluendi, quod mutuus non deduxit in pactum, videtur quoque esse soluendum mutuatanti saltem in foro conscientie, quamuis in foro exteriori cogi non possit id soluere mutuatarius, eo quod gratia ipsius id incurrit mutuus; occasioque illius fuerit mutuum exigendo & accipiendo, prout in terminis videtur affirmare Maior in quarto distinct. 15. quest. 20.

Nihilominus tamen contraria sententia omnino negatiua est tenenda: quoniam licet mutuatarius tacite ex mutui contractu teneatur ad damnum, quod ex mora ipsius in soluendo tempore

potere præfixo mutuatanti obuenerit, vt infra dicemus, non tamen tenetur ad damnum, quod intra terminum præfixum nulla interueniente ipsius mora eidem mutuatanti obuenerit, & mutuus sibi impuret cur de eo non cauerit, idque in pactum non deduxerit, & quia fortasse mutuatarius nollet cum eo onere, si sibi diceretur mutuum accipere, neque id forte illi expediret. Quare si mutuus intendebat vt mutuatarius de damno; si quod forte emergeret, teneretur, debebat ea de re illum admonere, deducereque id in pactum: ita merito præd. sententiam tenet D. Thom. quest. 13. de malo, art. 4. ad 1. Soto d. 3. art. vbi sup. col. 3. Nauar. in comment. de vsur. 1.4. quest. 4. num. 46. & in Manual. cap. 17. num. 211. quos refert & sequitur Molina vbi sup. col. 387. vers. interrogabis, vt in princ. col. sequentis. Quod idem longe maiori cum ratione dicendum est de lucro ratione mutui cessante, quod in pactum non sit deductum, vt tenet Eman. Rod. vbi supra numer. 7. ad fin.

5 Sed quid quæso erit si quis mutuo acceperit sub vsuris, alioquin ab eo mutuo petat, an licite possit illi concedere totum aut partem mutui cum eodem onere, cum quo illud accepit, nempe, vt pro rata soluat vsurarios vltra fortem quod ipse eidem erat solutus? Almain. in 4. distinct. 13. quest. 2. negatiuam partem tenere videtur: Angel. vero in summ. verbo vsura 1. n. 22. & Syluest. eodem verbo, q. 20. cum Anchast. affirmatiuam probant. Et Molin. vbi sup. col. 338. vers. cum damno, distinguit in hunc sanè modum.

6 Vt siquidem perseuerat adhuc causa, ob quam is, à quo mutuum exigitur, sub vsuris mutuum acceperat, ita quod nondum ipsum peniter accepisset ea de causa sub vsuris, responderi licite poterit exigenti, si vis cum eodem onere, vt videlicet pro rata vsurario soluere tenearis vltra fortem quod ego tibi sum solutus, concedam: quia tunc vsura in eo non cernitur ex parte huius mutuantis, sed solum seruire se indemnem admittendo oneris comparticipem comparatione vsurarij, atque se ipsum priuando mutuo aut parte mutui, non obstante causa ob quam illud accepit, quæ adhuc perseuerat, quasi vendat damnum sibi ex eo emergens quod mutuo det.

Si vero causa solum ex parte perseueret, vel minus vtiliter illam comperiat, ita vt ipsum peniteat sub vsuris sumptus mutuum, tunc pro quantitate causæ sumptus & emolumentum aut lucri, quo se mutuando illa pecunia priuat, poterit recipere partem oneris soluendi pro rata vsuram, non vero totum.

Quod si causa denique omnino cessauit, quia omnino non indiget ea pecunia, aut quia ad rem vanam eam mutuo accepit, penitetque eum ad id illam accepisse, tunc vsura fit cum eo onere mutuum illam dare, vt ibi late probat, quid tenendum?

7 Ego in specie præmissa, loquendo de vsuris, quatenus vsuræ in se sunt, indistincte tenco partem negatiuam, nempe, minime fas esse dare mutuum sub vsuris, quod quis sic ab alio accepit, siue perseueret prima causa, siue non quia adhuc ex parte, huius secundi mutuantis species vsuræ cernitur, licet se indemnem solum seruire prætendat admittendo oneris comparticipem respectu vsurarij: si quidem in eiusmodi noua admisione nouus contractus celebratur sub nomine vsuræ iniquæ à se extorta per priorem, ipsius onus transfundendo in alterum mutuatarium.

Neque quod se indemnem solum seruire prætendat, tollit vitium & malitiam iniquæ conuentionis: non enim eo quod prior mutuos sibi sub vsuris dederit mutuum suam pecuniam, licet secundo idem facere ex postfacto cum tertio. Si enim prior contractus iniquus fuit, eadem ratione & nouus secundus similis primo eiusmodi erit, quia reuera vterque in se vsurarius videtur, & non ideo quod mihi iniuste ab alio damnum inferatur, possum, vt me indemnem seruire, alteri idem damnum inferre. Quod & argumento quoad iniustitiam pretij ostenditur: vendens mihi domum vel fundum, aliasvè res de cepit me in pretio iusto ipsius, re ipsa, possum ne ideo, vt me indemnem huius lationis seruire, ex post facto alteri etiam scienti eorum iustum valorem eisdem res eodem iusto pretio vendere: minime quidem, nisi concurrentibus his de quibus per nos lib. 2. pract. quest. 181. n. 12. Regula enim generalis in materia empti & venditi, est quoad iustum pretium exigendum, vt non inspicatur an res viliori vel catori pretio empta prius fuerit, sed pretium commune, quod nunc tempore venditionis viget. Vnde fallacissimum est si quis semper periculo emit pretio, quantumque laboris & periculorum subit tantum vellet vendere cum lucri accessione, iuxta late à nobis tradita in hac materia vbi sup. quest. 182. n. 8. & 10. & prius quest. 180. num. 32. Ergo nec sub his vsuris, quibus dare licet ab alio, iste mutuus acceperit. Quare teneo in præmissa specie, quod prædixi; præterquam si antequam tradatur mutuum priori mutuatario, alius petat ab eo partem eius vel totum sub eisdem vsuris quibus sibi datur: quia tunc videtur eidem impartiri posse eodem modo, quo ipse conuenerat cum priori mutuatario, quia potest facere eum socium illius contractus mutui, quam eidem aliquid de nouo mutuate, ex his quæ cum Mercado aduersus Mexiam resoluimus in præmissa specie dictæ emptiõis & venditionis tritici vltra pretium taxæ dictæ quest. 180. num. 34.

Præterea libenter admittere primum membrum distinctionis Molin. quoties huius secundo mutuatanti ex rogatione secundi mutuatarij & concessione sibi facta ab eodem, damnum aliquod verè emergeret iuxta supradicta in principio huius questionis, vel lucrum cessaret sibi iure debitum iuxta infra statim dicenda. Tunc namque proculdubio licebit pro modo damni, vel lucri prædicti alteri mutuate, quod ab alio sub vsuris mutuo accepit per supradicta.



S V M M A R I V M.

- 1 Lucrum cessans an possit deduci in pactum à mutuantem vltra fortem principalem? & n. sequ.
- 6 Lucrum cessans duplex est, vt hic.
- 8 Lucrum cessans ad hoc vt ratione mutui cessare dicatur, quæ requiruntur, & num. sequ.
- 12 Mercatoribus non licet vendere ad certitimum vltra pretium rigorosum, quo res valet pecunia numerata, vt hic. Limitatur n. 13. tribus concurrentibus. Declaratur n. 14.
- 15 Lucrum cessans ad hoc vt in pactum deduci valeat, quid requiratur, & n. sequ. agitur de quibusdam conditionibus ad hoc requisitis à Doctoribus, præcipue n. 18. cum sequent.

De lucro cessante an in mutuo possit deduci in pactum?

QVÆSTIO XC.

QUÆRO præterea utrum licitum sit aliquid ultra fortem accipere ratione lucri, quod ob mutuum cessat, necne? Et hoc generaliter licitum esse in homine solito negotiari, quando apparet, quasi pro certo, quod ex sua pecunia lucratus fuisset, nempe, ut tunc lucrum cessans propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum petere possit; secus si ille, cui debebantur pecuniæ, non conseruit mercari, latè cum communi resoluimus de iuramento confirm. 1. p. cap. 2. num. 4. cum certis declarationibus, de quibus ibi num. 5. ubi etiam addidimus cum communi licitum esse à principio hoc interesse lucri cessantis, sicut & damni emergentis in pactum deduci ab homine solito negotiari absque eo quod videatur usura. Similiter numeris sequentibus alia in proposito in praxi satis vtilia adduximus, & tandem quod exactior ratio habenda est damni incurri, quam lucri cessantis. Quia lucrum cessans non exigit æqualem re-compensationem, sed ad arbitrium boni viri, at verò damnum incursum illam exigit secundum iustitiam commutatiam, ut quantum lesionis fuit susceptum, tantum resarciatur?

2 Sed loquendo in specie mutui, an licitum sit aliquid accipere ultra fortem ratione lucri, quod ob mutuum cessat, tres casus constituendi sunt.

Primus est, quando mutuo dat inuitus. Secundus, quando quis sponte mutuo dat ad certum terminum aut diem. Tertius, quando quis sua sponte mutuo dat ad preces alicuius, an licitè possit cum eo pacificè de lucro, quod ea de causa sibi cessat intra terminum ad quem mutuum concedit, ante moram illud soluendi.

3 Circa primum casum huiusmodi conclusio tenenda est. Quando quis mutuo dat inuitus, exigere licitè potest interesse lucri ea de causa sibi cessantis ante terminum solutioni destinatum, atque de eo pacificè; imò si ad tale mutuum cogatur, licet nullum pactum interueniat, tenetur cogens integrum illud lucrum ei soluere, non secus atque is qui à mercatore furatur pecuniã, quas paratas habebat ad negotiandum, ut probat latè cum S. Thom. & Soto Molina 2. tom. de iust. & iur. disput. 315. in principio, colum. 389. cum sequenti, ubi exemplificat cum eodem Soto. Id ampliat ut procedat non solum quando inuitè cogitur quis mutuo dare, sed etiam quando cogitur iuste, ut si Rex ingruente bello, omninoque id postulante bono publico sumeret mutuo pecuniã à mercatoribus inuitis, quia aliter subuenire non posset Reipublicæ: tunc enim & mercatores possent pacificè de lucro cessante & damno emergente, & Rex ipse, licet pactum nullum interuenisset, teneretur id illis restituere ultra suam pecuniã. Et si Rex soluendo non esset, cogere teneretur reliquas Reipublicæ partes, ut contribuerent ad soluendum, quandoquidem in Reipublica bonum, cui partes omnes æque proportionem quadam

subuenire tenentur, fuerit pecunia illa sumpta à mercatoribus, propterea quod vrgens Reipublicæ necessitas locum non dederit ut ab omnibus partibus tunc exigeretur ut sumeretur. Quod si necessitas locum ad id daret, iniquitas esset plus quãdam Reipublicæ partes grauari, quam alias, sumendo ab illis solis totam pecuniã, non obstantè quod animo eam illis restituendi sumeretur. Et conclusionem prædictam simpliciter sequitur Eman. Rodrig. in sua summ. 1. tom. cap. 121. num. 7. & Iacobus de Graffis lib. 2. suarum decis. cap. 105. num. 10. & 24. cum sequenti. ubi num. 26. cum sequentibus probat & tenet quod in proposito coactus etiam & inuitus dicitur, qui per preces impotentes mutuat: eandem conclusionem dicit esse communem omnium Doctorum sent. Aragon. ubi sup. pa. 686. col. 1. vers. his sup. positis.

4 Circa secundum casum prædictum statuo hanc, quæ sequitur conclusionem. Qui sua sponte mutuo ad certum terminum aut diem dat, licitè potest pacificè, non solum de damno emergente, ut quæstione præcedente diximus; sed etiam de lucro, cessante, si quod ex eo cesset quod mutuatarius in termino præfixo non soluat, ita probat Soto de iust. & iur. lib. 6. quæst. 1. art. 3. conclusi. 3. videtur tamen innuere necessarium esse pactum antecedens, ut mutuantis damnum emergens aut lucrum cessans ex tali mora debeat. Sed verius & tenendum est, illud quidem pactum ad hoc non requiri, sed etiam absque eo deberi mutuantis damna prædicta persolui, eo quod in termino præfixo solutio non fiat, etiam sine culpa mutuatarij, vel quod soluendo non fuerit, vel alia simili causa, quæ tamen ex parte mutuantis non proueniat; ita late probans tenet cum D. Thom. Medin. & aliis Molina ubi sup. col. 390. cum sequentibus, vers. 2. conclusi. qui in vers. illud est obseruandum, idem probat, quando mutans idcirco sub usuris ab aliquo alio mutuo accepit, quod mutuum ipsi in termino præfixo non fuit solutum, & tenetur namque mutuatarius soluere illi damnum illud usurarium, quod propter moram solutionis sibi faciendæ incurrit, quod ibi latè persequitur & declarat. Et quod licitum sit pro interesse lucri cessantis aliquid exigere, quando mutuatarius est in mora soluendi, tenent communiter Iurisprudentes secundum Aragon. de iust. & iur. quæst. 78. art. 2. pag. 687. colum. 1.

5 Circa tertium casum prædictum quamuis Innoc. & alij teneant partem negatiuam; communis tamen atque communior sententia Doctorum & vera atque tenenda est affirmatiua, nempe illum, qui à nemine cogitur, sed sponte sua mutuo alicui dat, licitè posse cum eo pacificè de lucro, quod ea de causa sibi cessat intra terminum ad quem mutuum exigitur & conceditur, & antequam mutuatarius sit in mora illud soluendi. Veluti si quis destinatum haberet certam pecuniã quantitatem ad negotiandum hoc anno, ex quo sperat lucrum certum aureorum, & alius eam petat ab eo soluendam post annum: poterit enim hoc in pactum deduci, dummodo lucrum sit certum futurum probabiliter, ut supra declarauimus. Aut si quis pecuniã habeat paratam ad emendos annuos redditus, & alius eam petat mutuo, impedimentoque sit ne eos emat: poterit namque hoc interesse in pactum deduci, quantum scilicet estimabitur iuxta probabilitatem, quæ est ut illos inueniat, & iuxta alias circumstantias concurrentes, ita tenent Conrad.

Conrad. de contract. quæst. 30. Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum, Medin. de reb. per usur. acquir. quæst. 3. causa 2. Adrian. de restit. quæst. 92. quia ratiū est de interesse, Maior in 4. disp. 15. quæst. 20. Gabriel ibidem quæst. 11. art. 1. notabili 2. Almain. ibidem quæst. 2. Angel. verbo, usura 1. a. num. 15. Syluest. eodem verbo, quæst. 19. Nauar. in man. cap. 17. num. 211. & in commentar. de usur. 14. quæst. 4. a. num. 47. est communis ut alios allegans affirmat Douar. lib. 3. vvarior. resolut. cap. 4. num. 5. col. 2. illius l. ubi eam intelligit quoticus fraus abest, & est verisimilis certitudo lucri cessantis, ac verè sit lucrum cessans, & nos ubi supra num. 5. & lib. 1. canonice, quæstionum cap. 39. num. 24. & plures allegans eam probat & sequitur Aragon. ubi supra col. 2. & pag. sequenti ad fin. versiculis, unde sit quarta conclusio, & pag. 689. col. 2. cum sequentibus respondet latè fundamentis contrariis, & Emanuel Rodriguez ubi supra num. 10. ubi congerit quatuor conditiones & declarationes, quæ debent concurrere & seruari ad hoc, ut hæc communis sententia locum habeat. Eandem communem sententiam receptiorem appellat, & eam sequitur, dummodo seruentur omnes conditiones, de quibus per ipsum in numeris præcedentibus, D. Iacob. de Graffis ubi supra num. 31. eandem communem opinionem supradictam hoc nomine appellat, & proculdubio amplectendam, eam melius latiusque probans, respondensque fundamentis contrariarum tenentium, nempe Innoc. Soti & aliorum, Molina ubi supra col. 391. ad finem cum sequentibus.

Nec D. Thom. aduersatur huic communiori Doctorum sententiæ, quamuis contra eam allegetur quæst. 13. de malo, artic. 4. ad 1. & 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad primum, dum concedens mutuantem pacificè licitè posse de damno ob mutuum emergente, subiungit pacificè non posse de lucro cessante, quia nondum illud habet, & potest multipliciter impediri, & quod tale est vendi non potest. Non inquam aduersatur hæc doctrina D. Thom. superiori communi sententiæ: quoniam lucrum cessans duplex est, quoddam in potentia propinqua, quia pecunia aut aliud, quod mutuo datur, destinatum erat negotiationi & ob mutuum impeditur negotiatio, neque aliunde compensatur quod illa lucri sperabatur. Aliud verò in potentia remota, quando scilicet pecunia vel aliud, quod mutuo datur, non erat destinatum negotiationi, poterat tamen destinari, & tunc si mutuo esset datum, ex tali mutuo eueniret ut lucrum, quod proueniret ex tali negotiatione poterat impediretur, Diuis igitur Thom. ubi supra loquitur, ut patet in lucro cessante, quod erat in spe hoc posteriori modo, ac proinde quod poterat multipliciter impediri, ut inquit Sanctus Doctor, de coque verisimè dixit non posse ratione illius accipi aliquid ultra fortem, in quo ceteri auctores conveniunt. De lucro verò cessante, quod erat in spe prior modo, nempe ratione destinationis ad negotiationem, de quo solo auctores communis sententiæ loquuntur, non intendit D. Thom. non posse pro eo accipi aliquid ultra fortem; quinimo contrarium colligitur ex iis, quæ præmissis in eisdem locis supracitatis, & quæ docuit 2. 2. q. 62. artic. 4. in corpore, & ad primum ac ad secundum, ita & rectè Molina ubi supra. columna 397.

Secundo modo explicatur sententia D. Thom. ubi supra, ut per Aragon. ubi supra pag. 692. col. 2. ad fin. versiculo, non enim, ut prædicta verba non sic accipienda sunt ut omnino neget posse ali-

quid pacificè ad arbitrium boni viri per interesse dandum: quia aliàs nec pro lucro agricola, vel segetum posset aliquid exigi, cum id etiam non habeatur & possit multipliciter impediri, quod est falsum & contra eundem D. Thom. Sed quod negat, est, posse totum lucrum speratum aut verisimiliter cognitum à mutuatario exigi, quia id esset iniquum, cum non habeatur & possit multipliciter impediri. Et quod hic sit verus sensus colligitur ex eodem D. Thom. quæst. 62. art. 4. & in 4. distinctione 15. quæst. 2. artic. 5. quæstionum secunda ad quartum, ubi fatetur impedientem ab asecutione lucri, vel alterius boni habendi tenentem ad restitutionem, non in solidum, sed arbitrio prudentis viri: quia inquit non est habitum, & impediri potest multipliciter, ut latius per Aragon. ubi supra.

Pactum autem prædictum seu conuentio non valebit ultra id, quod verè interest, sed in vim probationis & confessionis eius quod interest, donec altera pars probet non tantum interfuisse, ut deduximus dicto cap. 2. sub num. 5. ubi & alia in proposito adduximus: & numer. 6. idem esse probauimus in homine non solito negotiari, si probet soluta pecunia potuisse emere domum, vel fundum, ut in vxore, quæ si sibi solueretur dos tempore debito, emeret fundum, nam ob non solutam dotem poterit petere lucrum inde cessans.

8 Obseruandum est deinde, quod ad hoc ut lucrum ratione mutui cessare dicatur, in primis requiritur ut verè ratione mutui impediatur, neque aliunde compensetur; aliàs enim non censeretur cessare, ac proinde pretium non posset licitè accipi pro portione, quæ ita cessare non censeretur.

9 Hinc est, ut si lucrum sit solum in spe & potentia remota, quia pecunia aut res alia, quæ mutuo datur destinata non erat negotiationi, nullum censeretur lucrum cessare, licet destinari in futurum posset, & fortasse foret negotiationi applicanda, nisi mutuo fuisset data, ac proinde non haberetur ratio huiusmodi lucri incerti, ut pro eo pretium licitè possit accipi, ut docuit optimè D. Thom. ubi supra, consentiuntque ceteri Doctores, teste Molina ubi supra col. 397. in fin. & in principio columna sequenti. ¶ Vbi etiam quod si pecunia, quæ mutuo datur, destinata quidem erat negotiationi, non tamen ad eum finem ac certò, quin fortasse contrarium eueniret, aliquid detrahendum est de valore lucri cessantis, prout plus vel minus euenire posset, ut negotiationi non applicaretur, vel quia poterat non occurrere occasio negotiationis, quam intendebat, vel quia variis aliis modis poterat à negotiatione impediri: quo enim lucrum magis incertum est, eò minus valet, vnde cumque ea incertitudo proueniat, & tenet etiam Emanuel Rodriguez in sua Summa 1. tom. c. 111. num. 10. versic. la reuera.

11 Vnde etiam fieri dicitur, ut si pecunia destinata quidem erat negotiationi, licet eam mutuo det, non proinde minuitur negotiatio, quia vel applicabitur aliam, quam referatur decreuerat, vel mutuo pecuniã ab aliis accipiet aut aliunde sibi subueniet, ita ut nihil minus habeat lucri in termino ad abolitionem mutui destinato, quam esset habiturus si non mutuasset, nullum pretium pro eo posset licitè accipere, nisi pro ea parte, quæ fortè ob mutuum vere lucrum, alias cessasset, non verò alterius partis quæ verè ei non cessat. Quod si propter mutuum negotiari quidem

dem omnino desinat mercator, atramen vel totum lucrum, quod ea negotiatione sperabat, vel partem illius officio, aut alia sua industria, compenfat, quam tamen appositurus non fuisset, si negotiationi illi inisteret, tunc sane tantum minus lucri illi ex mutuo cessat, quantum aliunde sua industria compenfat, ac proinde non licebit ei accipere pretium partis, quam ita aliunde compenfat, nisi hæc alia industria molestior sit ac laboriosior, quia tunc aliquod pretij incrementum poterit licite accipere, vt in mutuatarij gratiam negotiationem minus laboriosam & molestam omittat, & in hac potius se exercent. Iuxta hæc igitur examinandi sunt mercatores diligenter, qui ob mutuum affirmant lucrum eis cessare, ea que de causa paciscuntur aliquod accipere ultra sortem.

12 Similiter etiam obseruandum erit, minime licere mercatoribus vendere credito ultra pretium rigorosum, quo eadem res valet pecunia numerata, dicentes se esse mercatores, lucrari que sua pecunia, quam semper negotiationi expositam habent, multo que plus lucri ipsis ex co cessare, quod non statim eis solvatur pretium mercis. Eset enim contrarium verè vsura, eo quod nullum lucrum verè illis cesset, ac proinde nullum iustum titulum habent, unde incrementum illud exigere atque accipere possint, si res attente expendatur: siquidem si prædicti mercatores solum venderent pecunia statim numerata, certè in fine anni non tot merces vendidissent, quot vendunt, vendendo simul credito, quia longe pauciores emptores inuenirent. Neque ex eo, quod credito multis vendant, desinunt vendere pecunia statim numerata omnibus, qui pecunia numerata ab ipsis volunt, & ita hanc partem merito probauimus cum pluribus aliis authoribus cum tenentibus aduersus Conrad. Abb. & Anan. Caietan. Medin. & alios d. lib. 1. canonic. quæst. cap. 39. num. 24. & 26. cum sequentibus & nouissime hanc etiam partem nullos referens sequitur & probat Molin. Theolog. vbi sup. col. 339. per totam.

15 Est tamen casus, in quo hæc nostra sententia communis limitari iuste potest, quem constituimus vbi supra num. 25. nempe tribus concurrentibus. Prima quod mercator, vel alius vellet & posset statim merces suas vendere præsentem pecunia, quia erant emptores, qui eas in promptu soluendas emere volebant, & præterea statim cum prædicta pecunia præ manibus haberet aliam negotiationem, ex qua certum vel verisimile esset sibi lucrum. Secundo, quod præcibus & importunitate alterius id omitteret, vt illi ad creditum venderet, ex quo certè ac verisimiliter omisit lucrari certam quantitatem pecunie. Tertio, quod hoc casu non exigat totum quod ex illa negotiatione lucrari potuisset, sed id minus, quo aestimantur expensæ labores, & incertitudo dicti lucri, hoc est, quanto valet minus lucrum non habitum, licet speratum, ob eius incertitudinem, quam valet actu habitum. Quibus omnibus interuenientibus (vt etiam docet Molin. vbi sup. col. 400. vers. pro lucro, vbi idem probat de periculo capitalis, & 401. vers. hinc iam, vbi præterea enim) vel si tunc non erat merces venditurus, sed eas seruaturus in tempus, quo essent plus valitura, & rogatur vendat, licite potest haberi consideratio totius damni emergentis & interesse lucri cessantis, detractis sumptibus, laboribus, & aliquid amplius ratione incertitudinis illius lucri, vt augeatur pretium secundum hoc in

his venditionibus ad creditum. Aliàs his deficientibus minime licebit carius credito vendere ultra pretium rigorosum, quo res pecunia de præsentem numerata communiter valet, per supradicta.

Et quod in hac taxatione haberi debeat respectus ad pericula labores, & expensas, quas verisimiliter passurus esset negotiator, probat etiam, & tenet Iacobus de Grahis in sua summa decisionum, lib. 2. c. 105. n. 23.

14 Obseruandum præterea est, quod pro lucro cessante licet plus accipere, quam arbitrio prudentum spectatis omnibus circumstantiis concurrentibus illud valeat: aliàs si ultra iustum pretium rigorosum aliquid accipiatur, restituendum est in foro conscientie, vt probat Molina vbi supra columna 400. versicul. pro lucro. Non igitur erit licitum accipere tantumdem pretij pro lucro cessante, quantum erit lucrum quod probabiliter sperabatur, vt supra dicebamus, & docet Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum, & ceteri communiter probant.

15 Duobus autem modis lucrum cessans posse deduci in pactum inquit Medina de rebus per vsur. acquisit. q. 3. & vlt. Vno modo, quemadmodum lucrum est incertum quantum sit futurum, ita pretium, hoc est, interesse conuenit, incertum sit ac dependens ab eo quod rei euentus probauit in alia re.

16 Similiter deductis expensis, & aliis, si quæ iuxta hæcenus dicta deducenda sunt, vt si quis habeat mille aureos negotiationi destinatos, & ex eis det quingentos mutuo cum pacto, vt quantum aliis quingentis fuerit lucratus, tantum illi mutuatarius tribuat ratione lucri cessantis, deductis expensis, si quas maiores erat facturus negotiando cum mille aureis, quam cum solis quingentis, & detrahendo aliquid ratione periculi capitalis, si alieni periculo negotiationis expositum subiacebat. Aut deducendo in pactum, quod si nihil fuerit lucratus aliis quingentis aureis, tantumdem retineat. Vel si mille aureos integros mutuo illi det cum pacto, vt quantum compertum fuerit, quemdam alium in simili negotiatione cum mille aliis esse lucratum, tantum deductis expensis restituat, aut retineat de capitali, si de capitali aliquid ille alius amiserit: contractus namque hic licitus est, quoniam seruatur æqualitas, & quanta certitudo est in lucro cessante, tanta est in pretio secundum Angel. in sum. verbo vsura 1. n. 17. & Gabriel in 4. distinct. 15. q. 11. art. 3. dub. 2.

17 Alio modo lucrum cessans deduci potest in pactum, vt tantum pro illo restituatur, quantum aestimatur modo, dum adhuc est in spe, siue rei euentus postea in re simili probet quod plus, aut minus, aut nihil mutans esset lucraturus. Quos duos modos deducendi in pactum lucrum cessans rectè obseruauit Medina de rebus per vsur. acquisit. quæst. 3. secundum Molin. vbi supra dist. 4. disputat. 316. col. 401. cum sequentibus.

18 Nunc videamus an conditiones, de quibus per Conrad. & Emanuel. Rodriguez & Iacob. de Grahis vbi supra, ad hoc vt lucrum cessans in pactum licite deduci possit in mutuo, sint veræ. Et quoad octo conditiones Conrad. eas non esse necessarias tenent & probant Doctores præcipue Nauar. Arag. & Molin. vbi supra. Et quoad quatuor Emanuelis Rodrig. prima quidem quod lucrum cessans & interesse sit verisimili tempore contractus, plana est & vera, vt ex supradictis melius

19 melius declarata patet ¶ Secunda quod mutuum sit causa amissionis lucri, similiter vera est, vt non semel supra docuimus, & eam tenent omnes secundum Nauar. cap. 12. num. 212. Verum si quis multa millia aureorum habens, solum quatuor millia destinauit negotiationi, ex quibus quingentos lucri aureos sperabat, & alius ab eo mutuo perat, vel partem illorum, vel integros quatuor mille aureos, poterit mutans ille accipere aestimationem lucri illius cessantis, si modo negotiationem illam relinquit non velit aliis suis aureis, sed illam propter mutuum illud omittat, neque aliunde lucrum illud compenfat, quia aliam pecuniam ad alios fines, scilicet, ad fortuitas necessitates reseruare prudenter potest: aut non velle exponere illam negotiationi, vt ante licite eam non exponere decreuerat, ita Nauar. in manual. cap. 12. num. 212. sic limitans & intelligens opinionem simplicem contrariam Caietani & Medine, quam etiam probauerat simpliciter Iacob. de Graf. vbi supra numer. 18. & 31. eandem Nauarri declarationem & præcedentem doctrinam affirmatiuam sequitur etiam Aragon. vbi supra pag. 692. col. 2. Emanuel. Rodriguez vbi supra num. 10. & probat optime Molina vbi supra col. 400. versicul. dubium est.

20 Tertia conditio, quod lucrum non excedat interesse, imò neque totum lucrum, sed minus exigatur, etiam verè est vt prædiximus. Quarta est, quod lucrum cessans non exigatur statim tempore mutui, sed postea quando mutuum erit soluendum, ita tenet Conrad. & eam latè probat & defendit Aragon. vbi supra pag. 693. per totam cum sequenti. Sed vt vera sit hæc conditio, intelligenda est quando ex acceptatione statim talis pretij lucrum cessans minuitur, & non minuitur de pretio quantum ea de causa minus cessat lucrum, quo dato plus acciperetur pro lucro quia esset lucrum cessans, vt in exemplo de quo per Molin. vbi supra col. 402. ad fin. verbi grati, si ex mille aureis, quos negotiationi expositos habebas, mutuo mihi des quingentos, & lucrum cessans aestimeris triginta, atque quando mutuo illos mihi das accipias triginta, solum mihi tradis quadringentos & septuaginta, ex quibus minus lucrum tibi cessat, quam 30. quo fit vt accipere non debeas integros 30. sed detrahere ratione eorum quibus tu negotiaris, & quos non accipio mutuo, aliquid debeas ¶ Et quoad conditiones Iacob. de Graf. d. lib. 2. suarum decis. 105. a num. 11. cum sequentibus, ex quibus dilucidabuntur decem prius congestæ per Nau. in man. c. 17. men. 2. 12. ipse Iacob in hunc modum eleganter procedit, & distinguit primum ex parte dantis mutuum, secundum ex parte id recipientis, deinde & 3. ex parte lucri cessantis. Quia obseruatio hæc & distinctio facilius intelligitur ex hæc materia, quamuis iuxta supradicta sit iam declarata, sed magis resolute vt sequitur.

21 Ex parte dantis mutuum tres condiciones inquit requiri, adhuc vt tuta conscientia possit exigi interesse lucri cessantis. Prima est, vt ipse creditor & sic mutans non sit solutus foherari iuxta Afflic. decis. 20. Aymon. consil. 189. Sed hæc conditio non procedit in foro conscientie, in quo veritas præualet præsumptioni e. tua de spons. sed tantum in foro exteriori, nam in foro anime sufficit, quod verè coram Deo habeat pecuniam illam expositam industria vel negotiationi l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, Afflic. vbi supra, Soro lib. 6. de inst. & iur. q. 1. art. 3. Nau. d. Praxis Criminalis.

n. 122. in 4. conditione, & in tract. de vsur. n. 54. cum sequentibus, quos refert & sequitur Iacob. de Graf. vbi supra n. 12.

23 Secunda conditio ex parte mutuantis est, vt ipse creditor mallet pecuniam suam negotiationibus occupare quam mutare cum interesse, quia principalis causa mutandi debet esse subsidium proximi indigentis, vel vt saltem habeat se indifferenter, vt non magis animus eius declinetur ad mutuum dandum cum certo lucro, quam ad negotiandum cum lucro incerto, vt per Medin. C. de restit. tit. de vsur. q. 3. conclus. 2. Caiet. ad D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum, & esse necessariam hanc conditionem dicit etiam Syluest. verbo vsura, q. 19. Iacob. de Graf. vbi supra num. 13.

Sed nihilominus contrarium rectè probat Nau. vbi supra d. n. 212. in octaua conditione, nempe non esse necessarium d. conditionem, licet sit honestissima, & est de mente Molinæ vbi supra col. 401. vers. præmissis.

24 Tertia conditio ex parte mutuantis est, quod faciat pactum præd. sine scandalo pusillorum & malo exemplo aliorum, necdum actiue, sed etiam passiuè. Sed hæc conditio, quamuis ad euitandum peccatum scandali necessaria sit, non tamen ad euitandam vsuram & obligationem restituendi, quæ ex sola iniustitia nascitur, quale non est peccatum scandali, quod est contra charitatem, vt bene probat Nau. vbi supra, vers. octauo, el primero, & Iacob. de Graf. vbi supra n. 14. cum sequentibus, præcipue nu. 16. vbi quod ad euitandam omnem suspicionem poterit fieri contractus, penes actu curiæ de restituendo sortem principalem, vna cum interesse lucri cessantis; quia illa obligatio fouetur calore iudicij, & ita creditor totus erit in vtroque iudicio. Sed hæc cautela non est in vsu, nec item necessaria, dummodo cetera seruanda seruentur; quinimo patitur inconueniens, an iudex similem obligationem admittat neque.

25 Ex parte verò accipientis mutuum duplex conditio requiritur secundum eundem Iacob. vbi supra n. 17. Prima, vt debitor sit admonitus de interesse tam damni emergentis quam lucri cessantis, & ita admonitus velit accipere cum illo onere. Sed hoc verum esse probò ab initio, quando mutuum fit: tunc namque requiritur admonitio; secus quando lapsò termino solutionis & restitutionis mutui præterditur lucrum cessans vel damnum emergens, quia tunc ratione moræ absque alia admonitione potest iuste peti interesse lucri cessantis, & damni emergentis iuxta supradicta.

26 Secunda conditio ex parte mutuatarij est secundum ipsum, vt mutuum accipiens non sit in extrema, vel quasi extrema necessitate, ita vt præceptum mutuo dare & non consilium, vt cum Afflic. decis. 20. & Nau. ibi probat. Sed imò ipse Nau. d. n. 212. in 6. condit. inquit, non videri necessariam hanc conditionem, quia non tenetur ex præcepto subuenire illi gratis; imò satisfacit mutuo, vt cum poterit soluari, & mutare sine interesse, esse donare.

27 Ex parte ipsius lucri cessantis sequentes conditiones requiri commemorat idem Iacob. n. 18. cum seq. Prima est, vt danti mutuum lucrum verè & non fictè esset: & hæc est vera, vt supra. resoluimus. Exemplum, quando quis habet pecuniam, qua non vult negotiari, vel nescit, dando hanc pecuniam mutuo non potest pacisci de interesse lucri cessantis.

28 Secunda conditio est, quod lucrum sit iustum, alioqui non potest exigi interesse lucri cessantis: & hæc conditio est vera. Et inde inferitur *mem. 19.* quod videtur solite mutare dotem suam, nisi adfit contractus iustus census, vel societatis, non possunt accipere interesse, quia est usura.

29 Tertia conditio est, quod interesse sit intrinsecum & moderatum, non autem extrinsecum secundum Nau. *de usur. n. 43. v. g.* extra rem, vt si propter mutuum ferui mutuantis fame perierit, & simil. quod probat.

Quarta conditio est, vt interesse lucri cessantis a stimetur arbitrio boni viri, non quantum est in re, sed quantum est in spe, Soto *lib. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 3. in fi.* estque verissimum, imò & tunc minor quantitas in pactum deducenda est quam sit lucrum cessans, scilicet, non totum interesse quod verissimiliter expectatur, sed spes eius, vt prædiximus.

30 In summa supra dictas condiciones quatuor necessaræ omnino deducuntur, quas obseruat rectè Arag. *vbi sup. pag. 692. col. 1. & 2.*

Prima est, quod lucrum cessans sit verum & non fictum. Secunda, quod mutuum sit causa amissionis lucri. Tertia, quod lucrum non excedat interesse verissimile & probabile, ita vt sit dubium probabile an lucrum cessans plus minusve sit valitum iuxta determinationem textus *in c. in ciuitate de usur.* Quarta conditio est, quod mutator non exigit tantum, quantum futurum creditur lucrum cessans, sed deductis laboribus & expensis, attentoque etiam quod lucrum est in futuro & in periculo, & quod valet minus non dum habitum, licet speretur, ob eius incertitudinem, quod valet actu existens. Adde, quod hoc arbitrio boni & prudentis viri est moderandum, vt supra probauimus.

SVMMARIVM.

- 1 Gener, qui interim quæd ei dos non soluitur pignus fruendum accipit, an committat usuram fructus pignoris in sortem principalem non computando? & num. seqq. per totam questionem, vbi plures casus distinctè declarantur.
- 2 Creditor fructus pignoris in sortem principalem non accipiens usurarius est, cum sua limitatione.
- 3 Cap. salubriter de usur. materia & intellectus, & num. seqq.
- 15 Iura ad ea, quæ frequenter accidunt, adaptantur.
- 28 Vidua an teneatur fructus pignoris traditi suo marito, interim quod sibi dos non soluitur in sortem principalem computare? cum num. seqq.
- 26 Vidua domicilium mariti retinet, & in eius matrimonio permanere dicitur.
- 31 Vidua an possit petere ab heredibus viri, interim quod sibi dos non soluitur, certam quantitatem loco alimentorum intra annum solui matrimonio, & qui post annum? n. 32.

De fructibus pignoris dati pro dote soluenda an computentur, vel non in sortem principalem?

QVASTIO XCI.

VERO modo an gener, qui interim dum dos ei non soluitur pignus fruendum accipit, non computando fructus in sortem, usuram committat, necne?

Et in hoc partem negatiuam, quod licet eos potest percipere non computando ipsos in sortem principalem, decidit expresse *tex. in c. salubriter de usur.* his verbis: *Sane generum ad fructus possessionem, que sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligata, computandos in sortem non creditur compellendum, cum frequenter datus fructus non sufficiat ad onera matrimonij supportanda, quibus aperte definit Innoc. III. illius textus author, generum non teneri computare in sortem fructus pignorum, quæ pro dote promissa interim dum ei non solueretur accipit, & ibi communiter Doctores, & recipitur etiam vbiq; communiter ab omnibus Doctores vtpote definitum in d. c. salubriter.* Cum tamen alioquin creditur usurarius sit, si fructus pignoris ultra sortem sibi præcipuos habuerit *c. 1. c. conquisit. de usur. l. 1. & 2. c. de pig. n. cum sim. l. 20. tit. 13. p. 4. & probat Cosmus Philiat. de officio Sacerd. 2. 10. c. 8. vers. tertia conclusio, pag. 52. vbi limitat in his, quorum vsus gratis inter amicos concedi solet, veluti si accipit quis in pignus libros, cimbalum, & cetera, & eis vitior, maxime si pignus sit de his, quæ vsu perfectiora redduntur, vel si etiam accipit quis tot fructus, seu tantam vtilitatem in pignoris vsu, quantum in eo conferendo impendit, vel quantum est interesse, quod ex mutuo moram patitur, dommodo fructus non excedant intereste, & excedentes computentur in sortem.*

Quare nostri interpretes tam Iurista quam Theologi maxime variant circa intellectum & rationem *d. dec. Pont. in c. salubriter de usur.* de quo late agit Palac. Rub. *in reper. c. per vestras ad fin. oper. de don. inter vir. & vxor. s. incip. octauo inferitur. n. 1. cum seq. fol. mibi 249. Aluar. Valasc. consulti. 2. per totam;* & plura prolixè & consulse inculcat Palac. *in sua praxi Theol. de contr. & rest. lib. 4. c. 5. vers. de pignoribus autem dotalibus, fol. 282. cum pluribus seqq.* licet non referat alios modernos auctores seniores præ se, qui prius de eadem tractauerunt materia.

Nos verò distinctius procedentes resoluimus communem illius textus intellectum esse, quod ea constitutio tunc admittenda sit, cum ipse gener, attenda eius industria & officio, possit ex dote statim sibi soluta, lucrari tantam quantitatem, quantum ex fructibus pignorum quotannis percipiebat, non aliàs, & sic ratione lucri cessantis, ita Hofst. Ioan. Andr. Abb. Ant. & communiter Doctores *in d. c. salubriter, Bart. in l. in insulam. §. de usur. ff. sol. matr. refert plurimos alios auctores, qui cum sequuntur & comunem esse profiterentur, D. Cou. lib. 3. var. res. c. 1. n. 3. qui in vers. quam obrem, verius esse censet fructus pignoris dati pro dote soluenda, tunc non esse in sortem computandos, cum interesse dani emergentis, aut lucri cessantis equale sit verissimile, licet non exacta censura, fructibus ipsius rei datæ in pignus: atque iuxta hanc sententiam*

sententiam esse accipiendum Romani Pontificis responsum *in d. c. salubriter*, quod ipse inquit se colligere ex mente Doctorem inibi, & aliorum quos ibi refert, dicens ipsum minime dubitare esse hanc opinionem frequentiori auctorum iudicio probatam, esseque communem farentur Palac. *vbi sup. pag. 284. col. 1.* & eam sequitur Eman. Rod. *in sua summ. 1. 20. c. 97. n. 4. vbi citat Cou. vbi sup. Caier. Sorum & Nau. eam tenentes: eandem prius fuit sequutus Adrian. in 4. in q. de usur. vers. sed dubium, A. main. in 4. dist. 15. q. 2. Syluest. verbo usur. 3. §. 2. Medin. de reb. per usur. acqui. q. 2. vers. ad c. salubriter, & est communior Doctorem sententia secundum Ludouic. Mol. 1. p. de iust. & iur. dist. 301. col. 414. ad fin. vbi alios allegat, licet ea non sequatur, & necnon Felic. de Solis de censib. lib. 2. c. 5. n. 20. vers. unde succedit.*

Hic tamen intellectus & sententia pluribus aliis non placet, nec mihi, tenentibus sufficere in casu *d. c. salubriter*, vt ratione interesse hoc casu percipiatur fructus pignoris præcipue ultra sortem, quod is, cui dos est promissa aut debita, interim dum ea non soluitur sustineat onera matrimonij ex propriis bonis, quæ quidè onera ex dote soluta posset sustinere, pro quibus sustinendis dos datur. *pro onerib. cum sim. c. de iur. dot. & ideo de damno euitando agit maritus fructus pignoris præcipuos habens, non de lucro acquirendo. Nec hi Doctores requirunt interesse lucri cessantis, quod dote statim soluta maritus consequeretur attenda eius solita industria & negotiandi exercitacione, ita tenent Ioan. de Anan. in d. c. salubriter n. 8. Bald. Nonel. de dote 7. p. prin. prin. 3. Alex. consil. 3. 1. col. 3. lib. 6. & voluit idem consil. 141. in princip. lib. 5. Palac. Rub. in c. per vestras. 6. notab. 8. octauo inferitur. pag. mibi 249. n. 3. Carol. Molina de usur. q. 74. n. 52. Caier. 2. 1. q. 78. art. 1. ad 6. quos ad hoc citat Conar. vbi sup. & Solis etiam vbi sup. vers. quo circa, & præd. priorem sententiam falsam esse proficitur & probat Magist. Arag. de iust. & iur. q. 78. art. 2. pag. 698. col. 1. resoluens c. 1. quod tantum propter onera matrimonij, etiam si nullum sit lucrum cessans, potest gener fructus pignoris recipere non computatis illis ad solutionem principalem, vt illis sustinet onera matrimonij, cum Caier. Sor. Gab. Abb. & aliis, & Mercad. de contr. in d. c. de usur. c. 8. fol. 102. præsertim quod dos salua mulieri remanere debet, vt patet in iure, quod tenet etiam Solis vbi sup. quicquid contrarium probet Palac. Rub. vbi sup. in vers. cæneat tamen.*

Et quod communis intellectus præcedens verus non sit patet, quia diuina ad litteram *d. c. salubriter*: quoniam textus ille non eam rationem reddit, sed longe diuerfam, nempe licet id accipi ultra sortem pro sustinendis oneribus matrimonij, ad quæ sustinenda ait textus fructus dotis statim solute non sufficiunt. Quare quando dos differret (quasi diceret Summus Pontifex) licite accipiuntur fructus pignoris pro sustinendis oneribus matrimonij, qui excedere non solent fructus dotis statim persoluate.

Deinde & secundò, quoniam Summus Pontifex in eo capite aliquid peculiare voluit declarare circa generum ratione onerum matrimonij, non verò tradere radicem communem genero cum cæteris omnibus licetè acquirendi aliquid ultra sortem, propter lucrum cessans, aut damnum emergens.

Tertio quoniam, si solum ratione lucri cessantis aut damni emergentis, licitum esset genero accipere fructus pignoris ultra sortem, tunc si

Praxis Criminalis.

dos soluenda esset in pecunia & gener non esset negotiaturus cum ea, sed se vxoremque suam sustentaturus esset ex redditibus sui patrimonij, nihil accipere posset ultra sortem, quippe ex dilata dote nullum lucrum ei cessaret, aut damnum emergeret, hoc autem esset contra decisionem generalem & distinctam *d. c. salubriter*: igitur procedere non potest.

Quartò, quoniam si ratione solum lucri cessantis aut damni emergentis licitum esset genero accipere fructus pignoris, tunc si illi ex cederet lucrum cessans aut damnum emergens, non liceret profectò ei accipere integros fructus, vt auctores contrariæ partis, & sic communis sententia profiterentur; hoc autem est contra absolutam decisionem *d. c. salubriter*: ergo procedere non potest.

Quintò, quia si communis sententia vera esset, sequeretur inde quod si vir esset indultus, qui ex dote statim soluta maiores fructus speraret, quam ad onera matrimonij sustinenda illi essent necessarii, tunc sanè ratione lucri cessantis licetè posset accipere maiores fructus, quam quibus indigeret ad matrimonij onera sustinenda. Non ergo Summus Pontifex ibi ex capite lucri cessantis aut damni emergentis fuit motus ad id ita definitendum; alioqui declarasset interdum plus, interdum minus quam essent fructus, illi licere genero accipere. Item sequeretur quod illos fructus tantum gener posset recipere, quando esset expolitum negotiacioni pecunias iuxta resoluta *gg. præced.* Consequens autem est falsum, quia omnibus generis id communiter conceditur, vt omnes farentur: igitur communis ratio & intellectus procedere minime potest.

Sextò quid plura quoniam in *tex. illo à Summo Pont.* redditur ratio suæ decisionis, quæ non est ratione damni emergentis aut lucri cessantis, quæ profectò non esset generalis; sed quia frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij supplenda, quasi diceret ad onera matrimonij valent fructus integre dotis statim solute, licet in possessionibus fructiferis persoluantur. Loquitur igitur ibi Summus Pontifex, quando aliquis constituit se datum genero certam dotis quantitatem, & quia non potest eam soluere statim, interim illi in pignus tradit possessiones aliquas fruendas, quouique ei dos persoluitur, idque sine locer certum constituit terminum, in quo dotem sit soluturus receptorque sua pignora, siue non, sed dicat se dotem esse soluturum, interimque dum non soluerit fruatur gener illis pignoribus. In hoc ergo euentu consultus Rom. Pont. an gener usurarius esset non computando fructus in sortem, neganter respondet, huic rationi innixus; quod fructus illi non accipiuntur in recompensationem pro expectatione solutionis dotis (id namque esset vsura palliata, vt patet) sed in recompensationem onerum matrimonij, interim dum dos non soluitur, quæ onera illos valent, ita & rectè meo iudicio obseruat Mol. *vbi sup. col. 417. vers. vt legitimam, & col. sequenti, vbi id amplius declarat, & voluit Solis vbi sup. fol. 188. cum sequ.*

Ex quibus omnibus minus rectè contrarium in supradictis censuit Palac. Rub. vbi sup. veram rationem & intellectum *d. c. salubriter*, non considerans, Ant. Gomb. in l. 50. *Tauri. n. 30.* contra quem nostram præced. sententiam cum aliis rectius probant, & secundum eam respondit Aluar. Valasc. *d. consulti. 8. n. 3. in 1. tom.*

Hinc etiam elicendi merito sunt alij intellectus

ens à quibusdam Doctoribus assignati ad d. c. salubriter, nempe ille Medinæ ubi sup. qui communi opinionem tenent inclinari potius Innoc. III. in d. c. salubriter, præsumptioni nisi fuerit interdictum de doli non soluitur ad matrimonij onera sustinenda, quod etiam sentire videtur Nau. in man. c. 17. n. 213. in editione nouissima. Sed hoc de præsumptione donationis Summus Pontifex ibi non cogitauit, ino verò nec huic inniti deberet, vt rectè considerat Mol. ubi sup. col. 416. vers. Ioannes, & c. post Arag. ubi sup. col. sequ. ubi inquit quod suo iudicio præd. Nau. sententia multo minus probabilis est quam prima, nam Papa in illo loco non de donatione, sed de iustitia fuit interrogatus, sicque determinat id quod iure fieri potest, quod verum habet etiam locero retinente, nullamque donationem faciente. Et intellectum Medinæ per supradicta exempla docent Nauar. Palac. & Solis ubi sup. fol. 188. col. 1.

Nec etiam ratio alterius præsumptionis à Soto considerata lib. 6. de iust. & iur. g. 1. art. 2. in responsione ad vltimam vera est, emprurum scilicet illum fuisse ex dote aliquid, vnde dote ea salua vxorem aleret, vt tibus optimis rationibus illam conuincit Molin. ubi sup. col. 417. in princ. & Solis ubi sup. post Nau. quem citat.

Denique nouus intellectus Magistri de Palacia ubi supra pag. 287. col. 2. ad fin. mihi non placet, nec verus nec literalis videtur, quamuis ipse asserat quod sibi plana capitis prædicti intelligentia hæc est, videlicet, si locer tantum soluit dotis partem gener suo, & pro residua soluenda pignus eidem tradit vtendum fructiferum, vt inde supleat dotis defectum, vt possit ex parte dotis soluta & ex fructibus pignoris, quando reliqua dos non soluatur, se & vxorem & familiam alere: tunc fructus huiusmodi suppleant vicem dotis soluendæ; idco non debent computari in fortem, vt ibi latius ratiocinatur, quasi differentiam constituere velit in specie d. c. salubriter inter hunc casum, nempe partis dotis soluta, & totius dotis insoluta. Non inquam mihi placet hic intellectus, quoniam diuinat ad litteram illius textus; imò potius textus ille loquitur generaliter de pignoribus datis pro dote numerata insoluta. Et præterea, quia maior & fortior ratio concurret, vt licite possit gener fructus pignoris pro tota dote insoluta constitui vltra fortem percipere, quam constitui pro parte dotis insoluta. Et tandem, quia saltem nulla congrua ratio differentia assignari potest inter vtrumque casum.

Placet tamen 4. conclusio eiusdem authoris ibid. col. 1. dum probat quod si pignus egeat aliquavis administratione, vt v. g. si Princeps tradens nuptii filiam illam dotauit magna pecunie summa, & interim quod est insoluta genero dat pro pignore oppidum aliquod, si hoc oppidum iustitie administrationem sortitur à genero, fructus oppidi in fortem non computabit, non tantum sua ratione, scilicet, quia propter opus administrationis & regiminis curam tributa dantur Principibus, & propter defensionem & tutelam ab hostibus: ergo fructus oppidi (inquit ille) vel sensus seu redditus, qui constituti sunt propter huiusmodi regimen, tribuendi Reçtori aut Principi. Hæc poterit referre gener, si tota administratio illi incumbit; si vero pars incumbit, referre pro rata licite; namque hic gener non referre fructus propter dotis dilationem, sed propter administrationis laborem, sed etiam illa ratione

præd. nempe, cum frequenter dotis fructus non sufficiat ad onera matrimonij supportanda, vt in d. c. salubriter.

Sic etiam inquit Palacius ubi sup. si mutuauit Princeps Principi magnam numerorum copiam, oppidum huiusmodi potest sane referre oppidi redditus constitutos pro administratione, quos solebat mutuararius referre, & quod iste contractus liber est ab vltura, quia fructus non sunt pretium mutui, sed laboris. Et hæc conclusio est etiam vera, dummodo eam intelligamus in casu quo loquitur, nempe, de redditibus tantum constitutis pro administratione, scilicet de aliis quæ sunt propria Principis illius oppidi, vltra constitutos pro prædicta administratione alia ratione, nempe como son las rentas de las tercias y alcavalas y de ventas, montes, casals, mesones, y otras cosas de esta natura; quia hi redditus, deductis impensis, proculdubio sunt computandi in fortem principalem.

Ex supradictis primò deducitur, decisionem d. c. salubriter, locum habere non solum in genero comparatione loceri, sed etiam alterius cuiusvis, qui vxorem dotauerit eisdem rationibus, vt prima facie voluit Cou. ubi sup. d. lib. 3. var. ref. 1. n. 3. vers. hinc primo, Molin. ubi sup. col. 418. ad fin. eodem vers. & latius, col. 416. vers. Conar. ubi tamen refert Couar. tenere contrarium pro vete tenet in vers. ceterum plura, ubi emittit tamem cum Fortun. Garc. sed quod prædiximus tenet etiam & probat Valasc. consult. 8. n. 2. in 2. tom. & est verissimum; eandem sententiam refert Palac. ubi sup. in 7. concl. pag. 281. col. 2. ubi et quæ de genero, tamen idem statim pag. 287. col. 2. vers. ut videro, cum sequi contrarium probet cum Fortun. Garc. contra Nau. Prior tamen sententia est communis Doctorum secundum Molin. ubi sup. d. col. 416. cum Nau. quem citat, & Solis ubi sup. fol. 189. col. 1. cum frequentiori sententia, cum Nau. Valasc. & Nau. contra Fortun. & Cou. ubi sup. quod si text. in d. c. salubriter, loquitur in genero erga ceterum, id est gratia frequentioris vltus; frequentius namque filius dotamus quam extraneas, & verba scripta in l. gratia frequentioris vltus non mutant in aliis iuris dispositionem gl. in clem. 1. verb. Præsidentes, de rescript. Peralta, Costa & Mieres allegati per Solis ibi.

Secundò deducitur, idem seruandum fore etiam aliis maritis non teneatur integrando rem conseruare vxori veluti quando aliqui contractu medietatis bonorum celebrant matrimonium, vt in Lusitania; adhuc namque procedet dispositio d. c. salubriter de vsur. vt bene probat Molina ubi sup. col. 419. in princ.

Tertio deducitur, nihil referre in proposito quod genero lucrum aliquod cesset, aut non cesset, ex eo quod dos ei non persoluatur statim, vt licite accipere possit fructus pignoris non computandos in fortem interim dum dos ei non persoluitur, vt rectè cum aliis probauimus sup. n. 6. quicquid peperam veli Colm. ubi sup. d. c. 8. pag. 47. vt bene etiam probat idem author ibid. vers. tertio colligo, ubi inquit se non negare generum etiam ex parte lucri cessantis posse accipere iustam recompensationem ob dilationem solutionis dotis, qualem quicumque alius, cui ob dilationem solutionis lucrum equalis quantitas cessaret, iuste possit accipere. Quare si gener valde esset indultus, cui plus lucri cessaret ex dilatione solutionis dotis in pecunia soluendæ, quæ essent fructus pignorum quæ ei traduntur, licite possit exigere vltra eos fructus incrementum lucri, quod plus ei cessaret; quod verum credo, si à principio id in pa-

ciam

ciam deduxisset prout posset, aliàs secus, quia se contentum reddidit prædictis fructibus, & dilationem dedit ad solutionem dotis, dummodo locer non sit in mora quia post moram incrementum prædictum petere poterit iuxta suprad. in qq. præcedent.

Quarto deducitur, dubia reddi opinionem Sylu. in sum. verb. vsura 3. §. 2. in tertia condit. dum requirit ad hoc vt referri possint in specie de qua agimus fructus vltra fortem, quod fructus onera non excedant, quia tunc si gener ille perceperit fructus vltra quam sit onerum exigentia, idem tenebitur locero aut hæreditibus eius restituere residuum, si locer expressit aut tacite genero illa donauit, sequitur Palac. ubi sup. fol. 287. col. 1. ubi quod non est vltura si ex dotis insufficientia referantur fructus & non deducuntur in fortem; sequitur etiam Sylu. Eman. Rodr. ubi sup. & probare etiam videtur Aragon. ubi sup. dum dicit non longe à veritate aberrare, & sequitur eam alios allegans Ant. Gom. in l. 53. Taur. n. 30. & Cosinus Philiat. ubi sup. pag. 48. in princ.

Sed præfata Syluestri opinio eo apud me male audit, quoniam frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera supportanda, vt inquit Summus Pontif. in d. c. salubriter de vsur. Vnde licet aliquando eueniat contrarium, non idco cessare debet decisio d. c. salubriter, dummodo prædicta ratio non esset in communi, licet in particulari deficiat. Nam ad ea quæ frequentius accidunt iura adaptantur. l. man. ad ea 5. l. iura cum duabus sequ. ff. de leg. l. ea que raro ff. de reg. iur. Soto de iust. & iur. lib. 1. art. 8. q. 7. ad si Arag. de iust. & iur. q. 62. vers. sed restat pag. mibi 161. col. 2. & q. 67. col. 1. vers. quarto est aduertendum, pag. 467. & Salo de iust. & iur. q. 5. de dum art. 4. col. 497. vers. nunc ad argumenta, præfatum quia vt Doctores in hac materia dicunt non solum constitunt onera matrimonij in sustinenda & alenda vxore & familia sed etiam in reliquis, quibus homo totus non sufficit, vt inquit Mercad. ubi supra, & nostram hanc sententiam cum aliis probat Solis ubi sup. ubi, ideoque pro certo, & iterum melius fol. 189. col. 3. cum Medin. & Valasc. consult. 8. num. 3. quia nunquam fructus excedunt laborem ipsum, quoniam personalis illa sollicitudo & anxietas laborque mariti in alenda vxore, curandaque familia non habet estimationem, vt ibi latius prosequitur Solis.

Quinto deducitur, quod si gener matrimonij onera non sustinet, interim dum dos ei non soluitur, quia videlicet vxor post matrimonium celebratum in domo patris perseueraret, à patreque aleretur, ita vt propter illam nullum maior onus gener sustineret quam alioquin esset habiturus; tunc vtique accipere ex eo capite non posset fructus pignorum non computandos in fortem interim dum dos ei non persolueretur, quoniam cessat titulus ille iustus, ita Aragon. ubi supra col. 2. Palac. Rub. ubi sup. & Eman. Rodr. dicto c. 97. sub num. 4. & Molina col. 419. vers. quarto colligo, & cum aliis Gaspar Rodr. lib. 3. q. 7. n. 6. fol. 103. col. 2. quicquid Mercad. ubi sup. teneat contrarium in casu, de quo ibi per ipsum col. 1. ubi lo. segundo.

Sexto deducitur, quod si locer cum genero conuenisset in tanta dote ad certum tempus soluenda, & solum pro fecerit solutionis in tempore præfixo locer illi traderet pignora, tunc est gener ante illum terminum sustineret matrimonij onera accipere non posset fructus pignorum non computandos in fortem, vt rectè probat

Praxis Criminalis.

Molina ubi sup. vers. quimo colligo. Et à fortiori idem erit dicendum si pactum interueniat, quod ob nullam rationem gener fructus sibi percipiat, sed quod eos in fortem principalem deducat: seruandum namque est hoc pactum, nisi ex dolo factum fuisse comprobetur, ita Palac. ubi supra vers. septima concl. pag. 486. col. 1. & Cosim. d. per. 147. ubi primus.

Septimò inferitur, quod etiam si gener libere concedat, locero, ne per aliquod tempus dotem soluatur, suscepro tamen pignore fructifero adhuc poterit recipere fructus illius, nec erunt computandi in fortem principalis; quia in eo ipso quod gener pignus recipit pro dote censetur diffinire terminum solutionis iuxta consuetudinem vlti dispositionem iuris, ita scilicet vt fructus recipiat vltra fortem, dummodo gener non dixerit explicitè se velle quod fructus illi computentur in fortem principalis, quia tunc essent computandi, vt probat Aragon. ubi sup. col. 1. pag. 699.

Octauò inferitur, decisionem dicti c. salubriter, procedere etiam valor fructuum sit maior interesse, quod deduceretur ex dote, si statim soluta fuisset, vt probat Rodriguez dicto c. 97. sub num. 4. & nos latius supra n. 6. quicquid contractum vlti Cosim. d. pag. 48.

Nonò deducitur vltiter in praxi, quod non solum potest gener quandiu non soluitur illi dos fructus pignoris recipere, sed etiam (hoc omisso) certam pensionem quotannis postulare, & pacificè vltra fortem: non enim illud recipitur pro expectatione solutionis, sed quia dote salua tenetur familie providere. Et præterea, eum gener in recompensationem instam pro oneribus matrimonij sustinendis licite accipiat fructus possessionis alienæ pignori datæ, nulla profectò est ratio, cur similiter non possit iuste pacisci, vt sibi quotannis tanta pecunie quantitas persoluiatur, quantum æstimabuntur onera quæ sustinet, & ita merito hanc sententiam tenent Calderin. Ancharran. & Abb. in dicto c. salubriter, Bald. Nouel. de dor. 7. par. princ. priuileg. 3. & quamplurimos alios referens Conar. lib. 3. var. ref. c. 1. sub num. 3. versiculo, quarta hinc, ubi ex aliis eam dicte communem & veriore aduersus Ioann. Andr. Cardin. Ioann. de Lignian. Ambros. à Vignat. Laurent. à Rodulf. Alexand. Florentin. & Palac. Rub. quos ibi citat, & hos vltimos posteriores dicentes eam contra priorem communem esse, & Aluar. Valasc. dicta consultatione 8. num. 5. qui in vers. verum ego, eam semper vltiore exultimasse fatetur.

Sed nihilominus prior sententia communis verior est longè & tenenda in iudicando & consulendo ex supradictis, estque communis & magis communis secundum Ant. Gom. in dicta l. 63. Tauri, num. 30. & plurimos citantem Felician. de Solis ubi supra num. 21. qui eam sequitur, eamque proculdubio probant Palac. Rub. ubi supra sub n. 4. & dicto num. 5. Aragon. ubi supra dicta questione 78. artic. 2. pag. 698. col. 2. ubi ex hoc infero, & Molina col. 421. vers. dubium est, ubi quod iustum pretium tunc erit quantum dos ipsa in possessionibus tradita reddere deberet, & priorem supradictam sententiam magis communem esse profectò Couarru. Bac. & Gama decis. 272. secundum Valac. ubi supra.

Qua ratione validum erit statutum simile pacto præfatto, nempe, quo sancitur quod dum dos genero non solueretur teneretur locer ei soluere certam pecunie quantitatem ad sustinenda onera matrimonij, ad rationem vnus v. g. pro quatuor

S 3

quatuordecim astimationis dotis, quæ illi esse
promissa, vt tenet Caiet. *vbi supra*, rectè obserua-
uit Molina *ibidem* *versiculo*, *contrauenit*, & probat
Covarruu. *ditto* *lib. 3. c. 1. sub num. 3. versic. 8.*
hoc intelligens vbi ex causa frequentis anno-
rum reddituum redimibilium emptionis, & ea
quantitas iustum censetur lucri cessantis inter-
esse, & quod hac inspecta ratione vidit iam pro-
fectò sapissime in Granatensi Regio prætorio,
foceros alioque dotium promissores vocatos in
iudicium damnari, vt intra decem aut viginti
dies dotalem pecuniam soluant, alioqui post
eamdem constituant super proprio patrimonio
annuum redditum redimibilem ad rationem
vnius pro decem, aut duodecim iuxta quantita-
tem dotis: & quod iusta est ista condemnatio
eùm propter onera matrimonij à marito susti-
nenda, tum ob communem & facilem horum
reddituum venditionem. Nunc autem in his
Regnis noua pragmatica sanctione cautum est,
vt in posterum non constituatur annui reddi-
tus redimibiles, nec fundentur, nisi ad rationem
vnius pro viginti milliaribus. Et idem in pacto
probo ad rationem vnius pro quatuordecim
astimationis dotis, & tenet in terminis Malcard.
vbi supra de vsur. c. 8. fol. 103. col. 1. vel etiam ad
rationem duodecim vel vndecim, quia hæc con-
uentio non est census, vt probat Solis *vbi supra*,
versiculo, licet ergo.

22 Decimò eodem iure constat non esse admi-
tendum quod Ant. de Butr. docet in d. c. *salu-
briter* num. 6. ibi & sic possit intelligi, existimans
eum textum procedere vbi nulla dilatio ad solu-
endam dotem data fuerit focero; secus si gener
fecisset pactum de recipienda dote ad certum
terminum, quia si interim perciperet fructus
computarentur in fortem, cum focer ex eo pacto
in mora fuerit, & Butrium in hoc sequuntur
Palac. Rub. in c. *per vestras* in 6. *notabis. 8. num. 3.*
& Almain. in 4. *distinctione* 15. *quæst. de vsur.* ex
quo præcedentem illationem de pacto certæ
quantitatis quotannis soluendæ interim dum
dos non fuerit soluta, quod valeat huiusmodi pactum
illam non soluit, intelligendam esse putant
Ant. Rub. *consilio* 108. & Aymon Craueta *conf.*
189 *column. penultima*, nempe nulla data ad solu-
endam dotem dilatio, ea verò data minimè
procedat, nec vera sit, aliàs verò ea data non sit
vera prædicta illatio, & sic quod non sit licitum
prædictum pactum.

23 Hæc namque distinctio & intellectus in vtra-
que specie veritate non pollet, siquidem iustiori
ratione & causa habeat locum perceptio fru-
ctuum, aut certæ quantitatis quotannis ex pacto
soluendæ, interim dum dos non soluitur, pro
supportandis oneribus matrimonij, quando li-
bera ex pacto datur facultas ipsi debitori fru-
dæ fortis, quam si creditor licitum esset eam
quocumque die petere, quod est omninò adno-
tandum ex Abbate in d. c. *salubriter*, *Immol.* & Ro-
man. in d. *vsuras*, *Nonell. dicto* *privileg. 3.* & Ca-
rol. Molin. *de vsur. quæst. 74. n. 524.* ita obseruat
Covar. *lib. 3. variat. res. sol. c. 11. sub num. 3. versiculo*,
quinto, vbi quod in hoc parum vrgent Contradi-
cationes de contract. *quæst. 35. conclusione* 2. sequi-
tur plures alios allegans & dicens esse commu-
nem Solis *vbi sup.*

24 Quòd si focer à principio constituisset se da-
turum genero in dotem filie duo millia aureo-
rum, aliamvè pecuniarum quantitatem, post ce-
lebratum verò matrimonium videns se non posse
statim soluere, ab eo petat dilationem solutionis

vsque ad annum, vel alium terminum, cum pacto
vt interim gener possessione loceri fruatur, erit
vsura, si pro dilacione solutionis, aut pro mutuo
illorum aureorum, accipiat gener à focero fructus
possessionis illius, nihil impediens quod matri-
monij onera sustineat, ita probat Molina *vbi su-
pra* *column. 420. versic. fortè*, vbi secus esse dicit
quando prior contractus dissoluitur & alius ius-
tus de nouo inicitur, vt pro sustinendis matrimo-
nij oneribus, interim quod dos non soluitur, gen-
er fructibus possessionis pignoris fruatur, quia
tunc contractus hic iustus & non vsurarius erit.
Ego in vtraque specie iustum & licitum contra-
ctum esse arbitror, dummodo pro oneribus ta-
men matrimonij supportandis fiat ex dicto c. *sa-
lubriter*, eiusque generalitate & ratione; non vero
si pro dilacione solutionis, aut pro mutuo illius
quantitatis in dotem promissa accipiat gener à
focero fructus possessionis illius, quia tunc asser-
tio Molina, qui hac tantum posteriori specie
loquitur, non verò in priori, nempe quando pactum
prædictum sit pro sustinendis oneribus mat-
rimonij tantum, & sic non sumus contrarij; qui-
nimo idem in hæc specie de mente Molina esse
videtur, licet nuncupatim in ea non loquatur.

Vndecimò ex supradictis fit palam, quod si
focer velit soluere dotem, & gener noluerit solu-
tionem recipere, sed petat vt detur sibi in pignus
ager fructifer, ex quo quotannis fructus recipiat
saluo capitali, erit vsurarius, quia tunc vellet lu-
crum ex mutuo, quod est illicitum. Similiter est
certum, quod si gener semel accipiat dotem, &
iterum illam mutuet focero petito fructu alicuius
agri ultra fortem, erit vsurarius; nisi forte
faciat ratione damni emergentis vel lucri ces-
santis, iuxta supradicta in questionibus præceden-
tibus ita Arag. *vbi sup. pag. 698. col. 1.*

Duodecimò inferitur, quod si extraneus petat
à genero pecuniam, quam pro sustinendis oneri-
bus matrimonij accipit, non poterit ille mutans
celebrare eam illo similem contractum acci-
piendo ab eo aliquid ultra fortem pro matrimo-
nij oneribus sustinendis, interim quod pecuniam
illam non soluit, & ex dilacione solutionis pecu-
niæ nullum ei lucrum cesset, non enim spectat ad
extraneum compensare onera matrimonij, quem-
admodum spectat ad focerum, vel alterum, qui
dotem dat sponse, vt probat Molin. *vbi sup. col.*
410. ad fin. vbi in column. sequi. quod similiter gen-
er, postquam licite accipit à focero possessionem
aliquam fructuam loco dotis non solutæ,
indigeat tanta pecunia, quanta est dos illa quam
mutuo petat ab aliquo extraneo, non licebit tali
extraneo accipere fructus possessionis illius, pro
ea pecunia, quam mutuo dat genero, licet pactum
internerat quod mutans accipiat à focero solu-
tionem in dote, quam genero debet, quod latè
probat & sequitur Aluar. Valasc. *conf. 8. m. 6. c. 7.*
contra plures alios quos citat, quorum opinio-
nem sequitur Palac. Rub. *vbi supra* *n. 3.*

Illud tandem obseruat Anton. Gom. in d. l. 30.
Tauri ad fin. quod si maritus post mortem debito-
ris recipiat dotem, non potest petere vsuras vel
interesse, que non fuerunt promissæ: & idem
esse, si toto tempore matrimonij non petiit do-
tem neque vsuras, quia videtur eas remittere &
donare, vt ibi latè probat, & quid si per decen-
nium tacuit, agit latè Valasc. *dicta* *conf. 8. m. 9.*
& Gaspar Rodriguez *d. lib. 3. de ann. reddit. quæst.*
7. num. 65. Interesse autem dotis non redditur fo-
ruto matrimonio an liberè petere possit dicemus
infra *num. 32.*

Hactenus

Hactenus de genero aliusque maritis perci-
piendis fructus pignoris pro dote soluenda
constituti, vt non teneantur eos in fortem prin-
cipalem computare.
28 Nunc verò videamus an idem dicendum sit in
vxoze vidua in terminis dicti cap. *salubriter* de
vsur. an iustè percipere possit fructus pignoris
pro sua dote soluenda constituti, si forte eius
maritus deceat antequam ei & ipsi mulieri so-
lueretur, non computando eos in fortem prin-
cipalem, sicut nec vir eius tenebatur eos computa-
re, necne: Et præterea an matrimonio soluto pos-
sit vxor vidua erga mariti hæredes vti eodem
privilegio dicto cap. *salubriter*, interim quod sibi
dos non persoluitur ab eisdem, que fuit soluta
eo testatore defuncto.

Et quoad primum videbatur quidem vxorem
viduam non posse gaudere privilegio dicti cap.
salubriter, aduersus dotantem eiusque hæredes
pro dote nunquam soluta; siquidem dicti
cap. *salubriter*, solum loquitur in genero, & sic
durante matrimonio ad eius onera sustinenda,
que fuit ratio & causa finalis eius decisionis, vt
ex ipsometextu patet. Cessante ergo causa fina-
li, proptè cessare videtur soluto iam matrimonio,
cessare debet eius dispositio argumento *l. adigere*,
§. quamuis, *ff. de iure patronar. cap. cum cessante*
etiam simil. de appellat. & in terminis ita tenet Cai-
etan. in 2. 2. *quæst. 78. artic. 2.* non liceat expetere
dammum lucri cessantis ad fin. ibi & *quia fructus*
dotis deputati sunt, & Angl. *de contract. mutui*,
artic. 2. diffinit. 7. Gaspar Rodriguez *lib. 3. de ann.*
reddit. cap. 7. num. 53. c. 54. §. *Nihilominus* con-
trarium in his terminis probauit Mercad. *de tra-*
ctat. y contract. cap. 8. de vsur. versic. de la misma
licencia, *fol. 103. col. 2.* & Arag. *d. quæst. 78. artic. 2.*
pag. 699. col. 1. versic. in foro tertio & Emanuel Rec-
diguez in sua Summa *1. tom. cap. 57. num. 5.* co-
niti fundamentum, quia vir teneatur vxorem iuxta
suum statum & conditionem alere, quoadvsque
integram recipiat dotem: ergo sicut maritus po-
terat fructus pignoris recipere ultra fortem
quandiu dos illi non soluebatur, ita etiam viro
mortuo potest vxor idem esse. Quibus adde-
quod cum privilegium dicti cap. *salubriter* sit con-
cessum propter onera matrimonij sustinenda, &
adhuc duret in alenda vxore eiusque familia,
que sunt etiam onera matrimonij præteriti, non
videtur cessare decisio illius textus, quia propter
quod *unumquodque tale & illud magis, ambobusca,*
multo magis, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.

Accedit præterea, quod mulier vidua domi-
cilium mariti amitti retinet, & eius in matrimo-
nio permanere dicitur, *l. vltima, C. de bon. marit.*
l. filij 22 §. vidua, ff. ad municip. congerit plura in
proposito D. Ant. Pichat. in l. 3. *c. 7. num. 55. cum*
sequentibus, de iurleg. lib. 11. Nec potest dici
quod in hæc specie cesset iustus ille titulus non
accipiendi fructus in dotem, & sic in fortem
principalem, de quo in dicto cap. *salubriter*: quia
vt prædictum non cessat, nec extinctus est; quin-
imo ratione illius & eadem ratione subsistente
eadem procedit iuris dispositio iuxta legem, *il-
lud cum similit. ff. ad legem Aquil.* Et ita censio
hanc opinionem probabiliorè esse veram ac
tenendam aduersus Caietan. & Angl. qui non
discutendo contrarium leuiter probauerunt: &
hanc probat & ampliat duobus modis Gaspar
Rodriguez *de ann. reddit. lib. 3. quæst. 7. n. 54.* vbi
hoc verum intelligit quatenus damni, aut ces-
santis lucri fructus pignorum pro dote datorum
quantitatem non excedant.

Sed profectò adhuc vt probabiliorè sequor
secundam supradictam opinionem indistinctè
cum Mercado & ceteris supradictis contra
Caietan. & Angl. atque Gasparè Roderic. *vbi*
supra. Si enim maritus incæpit frui fructibus pi-
gnorum, quare hoc eius vxori non conceditur?
Quod si pignora data non sint profecuturæ doti-
s, tunc merito quia vidua interesse tantum
damni emergentis vel lucri cessantis ob dotem
non solutam exigere possit secundum omnes, &
plures citat Rodríguez *vbi supra* *d. n. 53.*

Quoad secundum an possit vxor soluta ma-
trimonio vti privilegio dicti cap. *salubriter*, ad-
uersus mariti hæredes, cum sibi pignus datum sit
pro restitutione dotis, Arag. *vbi supra* idem as-
firmatiuè probat: sed longe diuersa species est
hæc à casu dicti cap. *salubriter*, ac proinde me-
rito vt ad eum non sit trahenda. Quare melius
Innoc. quem aliter communiter sequuntur se-
cundum Abb. *ibi num. 4.* existimat eam consti-
tutionem esse accipiendam in fauorem vxoris
matrimonio soluto erga hæredes mariti, cum ea
non sustineat tunc matrimonij onera, & tenet
ibi Annan. *num. 8. versic. quartum etiam*, Bart. in
Latq. natura, §. non tantum, num. 1. ff. de neg. gest.
Anchar. *consil. 150.* Matth. de Allicis *de iur. 284.*
latè Crauet. *consil. 189. num. 7. ad fin.* & Caiet. *vbi*
supra, & cum communi tenet Valasc. *consil. 8.*
num. 4. tom. 1. & alios allegans D. Couar. *lib. 3.*
var. resolut. cap. 1. num. 3. versic. sexto, hinc, vbi
quod profectò ratione interesse damni emergen-
tis, aut lucri cessantis poterit vidua fructus pi-
gnoris percipere præcipuos, & præterea pacifici,
vt interim dum soluitur dos, certam annuam
quantitatem percipiat. Quod manifestum est,
neque ab his authoribus negatur, imò eam ex-
presse tenent Doctores quos citant ibi
Covar. sic intelligentes communem præceden-
tem sententiam, quam etiam sequitur Molina
vbi supra *column. 425. versic. his ita constitutis*, &
Cosinus Philate. *de officio Sacerdot. tom. 2. cap. 8.*
versic. secunda conclusio, Gaspar Rodríguez. *vbi sup.*
num. 53. c. 53.

Dubium tamen in proposito est, an si vidua
non habeat præter dotem bona ex quibus perci-
pere possit alimenta, poteritne ab hæredibus ma-
riti exigere certam quantitatem dum dos sibi
non soluitur loco alimentorum, cum per eam
non stet quin ei reddatur dos?

Et in hoc patrem affirmatiuam tenet Anchar.
in regula peccati venia. 4. *quæst. de regulis iuris*
in 6. sequitur alios allegans Crauet. *vbi supra*
columna 2. c. penultima, Paul. Castren. & alij con-
gessit per Couar. *vbi supra*, vbi inquit hanc opi-
nionem passim receptam videtur, sed sibi non pla-
cere; quamvis in Neapolitano prætorio fuerit
iudicum sententia comprobata auctore Matth.
de Allicis *dicta* *decisione 284.* Sed nihilominus
eam impugnatur Couar. ibi aliquibus rationibus,
quas manifestas appellat: factetur tamen quod
vbi alimenta ab hæredibus mariti vidua inopi
iure debentur, hæc alimenta posse ad certam de-
ducti annuam quantitatem ex pacto partium,
provt debentur prædicta alimenta viduæ inopi
ab hæredibus mariti intra annum viduitatis, quo
mariti hæredes cogi non possunt pecuniam do-
talem viduæ soluere glossa, Bart. & Doctores in l.
onica, §. ex alio, C. de rei vxor. alione, & commu-
niter Doctores in l. *diuortio in principio, ff. solut.*
matrimonio, Anton. Gom. in l. 53. *Tauri*, *num. 48.*
Bernard. Diaz de Lugo in *reg. 48. r. & ibi* latè eius
addit, & ideò cautè Abb. in *dicto* *cap. salubriter*
num. 6.

S 4 num. 6.